



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Quæstionum Canonicarum, In Quinque Libros
Decretalium, Tomus ...**

In Librum I. Decretalium, Per quadraginta, & tres Titulos distributum, in
quo agitur De Constitutionibus, Seu Legibus universim ...

Krimer, Ferdinand

Augustæ Vindelicorum, 1706

Articulus IX. An concedatur restitutio adversus propriam confessionem?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73031](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73031)

contractus celebratus sit infra minorem ætatem?

2721. Not. 4. Ecclesiam, & Rempubicam, propter publicum favorem, (quo carent minores facti majores) etiam post quadriennium, non tantum ad novum quadriennium, sed etiam ad multò longius tempus, ex causa valdè rationabili, extraordinariè Judicis officio restitui. Cæterum, etsi Ecclesiæ concedatur restitutio etiam adversus lapsum temporis, in quo se læsam enormiter asserit, & probat, causaque finiri debeat infra quadriennium continuum; restitutio tamen illa non fit ad aliud tempus, quàm ad id, in quo se læsam probat; habetur *in Clem. Unic. h. t. & gl. hic in casu, & V. lapsum temporis*; pro quo:

Not. 5. cum Ecclesia læsa lapsu temporis restituenda est, à tempore læsionis per continuum quadriennium illi competere jus petendi restitutionem adversus tempus lapsum; tempus tamen, ad quod restituitur, non esse majus, quàm fuerit id, in quo probat se læsam. Et hoc de *quadriennio*, competente restituendo, probabiliter extenditur etiam ad læsiones privatorum ex lapsu temporis, esto tempus læsionis sit minus quadriennio; sic Pirhing *cit. n. 54.*

Not. 6. dicta de restitutione, *contra lapsum temporis*, intelligi, sive tempus lapsum fuerit *judiciale*, sive *extrajudiciale*; quia Clementina *cit. indistinctè* loquitur.

Not. 7. quamvis ad hoc, ut Ecclesia, petens restitutionem contra lapsum temporis, audiatur, sufficiat, quòd affirmet se læsam; tamen, ut petito annuatur, requiritur, ut læsio *probetur*; patet *ex fin. Clem. cit. & gl. ibid.*

ARTICULUS IX.

An concedatur restitutio adversus propriam confessionem?

2722. **C**asus est: Prælatus nomine Ecclesiæ, etiam sine consensu Capituli agens in judicio, vel Procurator Ecclesiæ, per errorem facti, falsus est aliquid, quòd plenè probari non potest; & ex tali fassione læsa est Ecclesia: queritur, an intra quadriennium à tempore fassionis, vel læsionis, petere possit restitutionem contra ta-

lem fassionem? R. affirm. non autem, si post illud; c. *si adversus*, h. t. in 6. & gl. *ibid. V. confessionem*, & habetur, L. *certum 6. §. in pupillo*, ff. *de confessis. L. si ea causa 9. §. nunc videndum ff. de Minoribus.*

Pro quo not. 1. id procedere etiam in casu fassionis *juratae*, si falsò per imprudentiam Prælati, vel Procuratoris facta sit; sic plures apud Barbof. *in cit. c. n. 3.* idque verum esse, sive fassio facta sit in causa civili, sive criminali; sic idem *num. 4.* Not. 2. eo casu non requiritur, ut probetur error, vel falsitas fassionis, sed sufficere, si probetur gravis læsio; quia alias (cum jure communi quilibet admitatur major, probato errore, post latam sententiam ad revocationem propriæ confessionis, ex illa clausula generali Prætoris (*si qua alia causa justa*) ut habet *gloss. marg. in cit. c. V. confessionem*) Ecclesiæ nullum haberet privilegium quoad revocationem propriæ confessionis.

Dices: Ecclesia potest confessionem suam, ex qua læsa est, revocare, allegando, & probando errorem commissum (intellige *errorem facti*. Nam error juris ordinariè non excusat, L. *error 8. de jur. & fact. ignor.*) ergo non gaudet eo casu restitutione, quæ est medium extraordinarium. R. id, quod ponitur in antecedenti, concedi etiam cuilibet privato, ac etiam post lapsum quadriennij, c. *si adversus*, *cit. gl. ibid. V. in facto*; dummodo error sit facti, & probetur ante causam finitam, c. *ult. de confess. & gloss. in L. 2. V. qui errat*, ff. *cod. junct. gloss. marg. excipe*, nisi aliunde sit error notorius, vel Judex ex officio de illo cognoscere velit; tunc enim non requiritur probatio. Hinc C. ant. N. conseq. quia quoad hoc Ecclesia habet privilegium *speciale*, ut constat ex c. *si adversus*, competens *soli Ecclesiæ*, vel *Minori*, sed intra quadriennium.

ARTICULUS X.

Coram quo Judice peti debeat restitutio in integrum?

2723. **R**esp. ex dictis, quòd *ordinariè* coram Judice illius, contra quem petitur; quia petens hic est quasi Actor: Dixi *ordinariè*; Nam, si contractus est celebratus in